

hoc est quod dicitur, statum recipere conditionem re-

soluivam statum, nisi fructus superexcreverint. Hec Butr.

Et in hunc sensum videtur accipienda Constitutio Grego-

49 Duodecim nota ibi, ad vacaturas prebendas quatuor

Decimoterio nota ibi, antiquis Canonici prebendas cum

Secunda solutio est Compostellani hic num. 5. in vers.

Tertia solutio est glossa hic in ver. cum integritate

Quarta nota, ibi pars cum aliis sortiri prebendas.

Decimo quarto nota, ibi pars cum aliis sortiri prebendas.

non ultra: quod vero superfuert, in communes usus

Canoniorum vel aliter, ut melius videbitur, esse con-

Ultimo nota ibi, revocatis in irritum, quidquid ab alter-

In glossa ad vacaturas prebendas. Quero an Canonici

Primus casus est, cum receptio fit pure & simpliciter,

Secundus casus est, cum quis primo recipitur pure in

Canoniorum vel aliter, ut melius videbitur, esse con-

non debeat carere preben. ut in Canoniorum est electus

Non obstat, quod hanc promissio sit expressio ejus, quod

Cave tamen, quia sic receptio nihilominus conferri de-

bet prebendam cum vacaverit, non quidem ex vi promissio-

Tertius casus est, cum quis recipitur in Canonico, &

Eodem tempore, sub diversa tamen conceptione verborum

Nec predictis adversatur declaratio Sacrae Congregatio-

ms Concilii, dum censuit posse ab Episcopo Canonicos supra-

Quartus casus est, cum eodem tempore, & sub diversis

Quintus & ultimus casus est cum receptio, & promissio

Aut conlat recipientes voluisse, ut receptio statim

Investigandum hic est, an receptus ultra numeratum

debeat habere stallum in Choro, vocem in Capitulo, &

54

55

56

57

58

59

60

61

62

63

64

65

66

67

68

69

70

71

72

73

74

75

76

77

78

79

80

81

82

83

84

85

86

87

88

89

90

91

92

93

94

95

96

97

98

99

100

et eorum bona frui omnimoda exemptione à Jurisdictione seculari. Et quidem in Ecclesiis vel Ecclesiasticis negotia admittunt omnes; Principem secularem non posse ullam autoritatem sibi vendicare; Catholicus enim Princeps filius est, non Praefili Ecclesiae; et quod ad Religionem pertinet & Disciplinam diserte convenit non docere, c. Si Imperator 69. dist. Qui propter ad Dei Sacerdotes Deus voluit que Ecclesiae sunt disponenda, pertinere non ad seculi potestates d. c. Si Imperator, c. Bene quidem ea dist. Unde Ambrosius in c. Convenio. 23. quest. 8. allegat, inquit, Imperatori licere omnia, ipsius esse universa: Respondeo. Noli te gravare, Imperator! Ut putes te in ea que Divina sunt, Imperiale aliquod Jus habere. Noli te extollere; sed si vis diutius imperare: esto Deo subditus. Scriptum est: Quae Dei, Deo: Quae Caesaris, Caesari. Ad Imperatorem Palatia pertinent; ad Sacerdotem Ecclesiae. Publicorum tibi munus jus commissum est, non Sacrorum. Plena sunt hujusmodi testimoniis Concilia, quibus optimi quique Imperatores ac Reges assensum præbuerunt; et illustris est ea de re confessio Basilii Imperatoris in fine octavarum Synodi. Non datum est, inquit, Laicis secundum Canones, decernendi quidquam de Ecclesiasticis causis; opus enim hoc est Pontificum. Haberetur & Regis Theodoricus responsum, profertentis Synodalis esse arbitrii in negotiis Ecclesiarum majoribus sequenda præscribere; nec aliquid ad se prætor reverentiam de Ecclesiasticis negotiis pertinere: ut refertur in capite Concilia, 17. dist.

Personas itidem Ecclesiasticas exemptas esse à jurisdictione laicali diversis verbis cavetur in d. cap. Si Imperator 96. distinctio. ubi habetur non à legibus publicis, non à potestatibus seculi; sed à Pontificibus & Sacerdotibus omnipotentem Deum voluisse Clericos & Sacerdotes ordinari & dicitur, hoc est, ut ibi omnes notant judicari, concordant c. Continua, c. Si quisquam, c. Clericum, c. Volumus cum seqq. 11. questione 1. Idemque sancitur in Concilio Chalcedonensi can. 9. in Matisconensi II. can. 9. Item in Concilio Milevano, seu potius in Toletano III. can. 13. relato in c. Innotis. 11. quest. 1. & in Concilio Carthaginensi VIII. alias Mafficonen. can. 9. relato in c. Placuit, ead. can. 8. quest. in c. 2. & in c. Si diligenti de for. compet. in c. cum non ab homine, in c. At si Clerici, de judic. in c. Si Juxta Laicus, de sentent. excommunicat. in 6. & in c. Quamquam de censib. eodem lib. & novissime in Concilio Lateranensi sub Leone X. sess. 9. tit. Reformationis curiae & aliorum vers. Et cum à jure. Licet hanc exemptionem permitti hæretici conati sint convellere, ut in specie Marthus de Padua & Joannes de Janduno relati à Turrecr. in Sum. de Eccl. lib. 4. p. 2. c. 37. Joannes Calvinus & Petrus Martyr, quorum fundamenta evertit Cardinal Bellarmin. tom. 2. Controvers. lib. 1. c. 28. in tit. An Clerici sint liberi à jure potestatis secularis. Et quamquam non conveniant inter se DD. quo jure hujusmodi exemptio inducitur sit; crebrior tamen gravissimorum interpretum sententia est eam exemptionem esse de jure divino. Ita tenet gloss. punil. in d. c. Si Imperator, dum ait, Clericos ante omnem humanam constitutiones à seculari potestate exemptos esse & constitutiones Clericos exemptos non novum jus continere; sed juris declarationem. Idem sentitur Turrecr. & Præpos. in d. c. Si Imperator, num. 1. gloss. & DD. in d. c. Quamquam de censib. lib. 6. Cardin. in Repet. c. Perpendimus, num. 50. vers. Ego tamen dico de sent. excommunicat. Bald. in c. 2. num. 50. de major. & obed. & in Auth. Statimus, in prin. C. de Episc. & Cler. ubi loquens de dicta Authentica prohibente trahi personam Ecclesiasticam ad iudicium seculare, notat secundum Canonitas id non esse jus novum; sed recedere ab errore veterum legum. Quis, inquit, clerici nunquam fuerunt de temporali jurisdictione iudicum laicorum; & hæc est ista veritas, quia Deus à principio hujusmodi jurisdictiones distinxit. Idemque tradunt Hostiens. in d. c. 2. de major. & obed. dicens Clericos à potestate Imperatoris exemptos esse à summo Imperatore; id est Deo etiam ab Imperatore inferiori Gottfried. ibid. Abb. & Felin. num. c. Mil. in Repet. in ver. Clericus. Imol. in Clem. 2. col. 1. de off. ord. Roman. in Sing. 414. Lopez. alleg. 92. num. 7. Anchar. conf. 96. num. 1. Prob. in addit. ad Monach. in c. Si Juxta laicus, de sent. excommunicat. in 6. num. 1. Hieron. Gig. in tract. de crim. lassa majest. quest. 68. num. 15. Hippolyt. Riminal. in Repet. cap. Que in Ecclesiis, num. 54. Everar. conf. 19. num. 17. incipien. In materia questionis, & in conf. 42. incipien. Visti & bene discussi, num. 25. & 26. & alii plures. Ex hanc esse communem sententiam testatur Alciat. in c. cum non ab homine, num. 2. de judic. Stephan. Auffer. de potest. secul. super Ecclesiasticis personis in introductione, num. 7. Nav. in relect. c. Novus, de judic. notab. 6. Covar. pract. quest. 21. n. 1. & novissime Gregor. de Valent. alios allegat sum.

4. dist. 9. quest. 5. punct. 4. de exemptione Clericorum, Ter. Tertio assertio. Atque tunc decem fuit in Rota Romana in Antiqu. Decret. 10. de consuet. In Concilio Neapolitano, ut apud Gram. deiss. 61. Et in Senatu Parisiensi, ut refert Rebuff. in Concord. rub. de potest. concord. adiciens, id esse contra rationem naturalem; ut Laici inferiores iudicent de personis Ecclesiasticis, que sunt ipsis digniores; testatur que arrepto Senatu Pariliensis die 5. Aprilis Anno 1431. remissum esse ad iudicem concitaverit in vico S. Germani, qui laqueos sibi mortem confiteretur in vico S. Germani. Ex quo, inquit, patet quod Juxta Ecclesiasticus cognoscit de Clericis vivis & mortuis; quia character est impressus anime, & ossibus.

Et probatur efficaciter hæc sententia in d. c. si Imperator, in d. c. Quamquam in pract. loco Concilia Lateranensia. Ac demum in Concilio Tridentino in c. 19. 25. ubi dicitur immunitatem Ecclesiarum, ac personarum Ecclesiasticarum Dei ordinatione, ac Canonis functionibus constitutam.

Precipua hujus determinationis ratio est; quia cum Ecclesiastica potestas sit à Christo Salvatore nostro lege Evangelica supernaturaliter constituta & Petro ut Principi Apostolorum, ejusque successoribus, non autem Principibus Laicis commissa, c. In novo, 21. dist. c. Soluta, de major. & obed. & habetur 96. dist. per tot. eaque circa spiritualia versetur: consequens est; ut ad Ecclesiasticam, non Laicam potestatem pertineat iudicium in personis Ecclesiasticis, que omnino corpus & animam in formam Domini transulerunt & Dei servitio dedicaverunt, c. cui portio 12. q. 1. Qua ratione usus est Host. in d. c. 2. cui subscribit Joan. Andr. Imol. & alii, Marian. Socini in c. 2. num. 4. de for. compet. Et plura in hanc rem congerit eleganter Oldrad. conf. 83. incipit, an Episcopus possit declinare forum Regis. Sed & multis aliis rationibus & sacrarum litterarum testimoniis hanc opinionem comprobantur Authores præallegati & Turrecr. in d. c. Si Imperator 96. dist. ubi propo. finem refert illud Paralipomenon 26. Ozias Rex iratus tenens thuribulum in manu, ut adoleret incensum, minabatur Sacerdotibus statimque orta est flamma in fronte ejus: cumque apexisset eum Azarias Pontifex & omnes reliqui Sacerdotes viderunt lepram in fronte ejus & festinant expuerunt in eum; sed ipse perterritus acceleravit egredi, ed quoddam sensiliferam plagam Domini subdit deinde Turrecr. Caveat ergo Princeps Catholicus, si vult juveni à Domino & victorias obtinere, ne usurpare velit ad Sacerdotem pertinentem autoritatem, alias ejiciendus est & templum per sententiam excommunicationis & lepra detestande culpe percussus à communione fidelium separandus.

Denique bona Ecclesiarum & Clericorum esse & ipsa exempta à jurisdictione Principis secularis magna Patrum consensione & vehementer in Laicos sibi in illa jus aliquod vendicantes increpatione declaratum est in Synodo Romana III. c. 1. relato in c. Bene quidem 96. distinctio. & in Synodo Romana VI. cupis decretum refertur in c. In canonibus 16. quest. 1. In Concilio generali sub Innocentio III. c. 44. relato in c. cum Laicis de reb. Eccles. non alien. de quo etiam est textus apertus hic. Et hanc quoque exemptionem esse de jure divino, constat evidenter ex d. c. Quamquam de censib. lib. 1. ibi: cum igitur Ecclesia, Ecclesiasticæque persona, ac res ipsarum non solum jure humano & quoniam & divino à secularium exactionibus sint immunes. At idem textus irrefragabilis in c. non minus infra de immunit. Eccles. inducendo quoque, ut ibi dixi in 2. not. & dicit esse communem & veram sententiam Canoniarum eamque pluribus argumentis tueri ex recentioribus Gregor. de Valent. tom. 4. dist. 9. qu. 5. punct. 4. vers. Tertio assertio, Cardin. Bellarmin. controvers. tom. 2. lib. 1. de Cleric. c. 28. in 4. & 5. proposi. Idemque firmanunt Joan. Montag. de collat. parlam. par. 2. num. 11. Burlat. conf. 42. num. 1. lib. 1. & conf. 186. num. 8. lib. 2. Plot. in addit. ad ultim. conf. Laudens. num. 8. Everar. conf. 30. n. 23. ad fin. & novissime decimum fuit in Rota Romana in causa Albanen. Gubella seu onerum 28. Junii 1630. coram R. P. D. Merlino, articulo accuratissime examinato. Quamobrem cum tam Ecclesia quam personae Ecclesiasticæ & eorum bona sint propter exempta à seculari jurisdictione: necessarii hinc sequitur, ut Princeps secularis nullam sibi autoritatem, aut jurisdictionem in Ecclesiis personas & bona hujusmodi possit vendicare, ut de his omnibus est textus hic in d. c. cum Laicis & in c. Inter hæc 33. quest. 2. ubi dicitur sanctam Dei Ecclesiam nunquam humanis legibus contringi & clamant passim Interpretes omnes in locis supracitatis.

Unde etiam inferitur, ut omnes leges que habentur in tit. C. De Sacrosanct. Eccles. de Episcop. & Cleric. & in Authent. de Sanctiss. Episcop. cum simul, non valeant ex defectu potestatis, cum de Ecclesiis de personis Ecclesiasticis & eorum bonis specialiter loquantur, ut conclusit hic

Ab. n. 10. vers. Ad primum dico, & sine theoria Joan. Andri. in c. Non minus n. 14. infra de imm. Eccles. quam ibi sequuntur Bar. num. 10. & Abb. num. 18. & Calderin. conf. 2. incip. Statuto Perusino num. 3. vers. Reperio de censib. Addit. Abb. hic loco citato, hodie Imperatorem cognoscere Imperium ab Ecclesia; ideoque ab Ecclesia coronari, & confirmari & Imperium de gente in gentem per Ecclesiam transferri, ut fuit olim translatum de Græcis in Germanos, c. Venerabilem de elect. Cujus quidem translationis veritatem pluribus Romanorum Pontificum attestacionibus & ipsorummet Principum confessionibus comprobatur & mendacis & impolitibus Martine Flaccii Ilyrici latissime vendicatur Card. Bellam. tom. 1. controvers. lib. 1. de transf. Imperii à Græcis ad Germanos per tot. Hinc etiam fit, ut nulla ratio habenda sit solemnitatis ab Imperatore introductæ in alienatione bonorum Ecclesiarum, ut in Auth. Hoc jus portissimum, C. de Sacros. Eccl. prout tenet Abb. d. n. 10. & Dec. n. 91. post Innoc. in c. 1. num. 2. Nam statuta legalia de reb. Eccles. non alien. c. in 1. num. 2. Nam statuta legalia de reb. Eccles. non alien. c. in 1. num. 2. Nulli in fin. end. tit. & in c. in presentia num. 28. vers. Ego in hoc dubio de probat. ubi eodem ratione concludit jura civilia, que loquuntur de employetis Ecclesiarum, non debere observari. Et eodem modo dispositio, l. Ad instructionem C. de Sacros. Eccl. servari non debet, ut tradunt Bar. & DD. in d. l. Ad instructionem, & plenè Bart. conf. 1. lib. 3. & conf. 29. lib. 4. & Dec. hic num. 42. & seqq. post gloss. in c. Generaliter, §. Novum in ver. Collationibus 16. q. 1. Abb. conf. 3. Casus super quo lib. 1. & scripsi plenius in c. Non minus numer. 50. infra de immunit. Eccles.

Uque adeo autem leges seculares nominatim disponentes de personis Ecclesiasticis de eorum bonis etiam in eorum favore sunt nullæ, ut Clerici ne ex vi quidem directiva rationis ad illarum observandam teneantur, ut sensit hic Abb. n. 10. vers. Et credo, dicens ejusmodi leges non esse observandas etiam de honestate, cum sint nullæ tanquam conditæ à non habente potestatem. Facti quod notat Jaton in l. Cum quis natus, §. C. de jur. & facti ignor. ubi tenet ex actu ipso jure nullo & cui Lex resistit, nec naturalem orti obligationem. Ejusmodi autem legibus Sacri. Canonis vehementer resistunt, ut ad eorum conditores etiam sententia excommunicationis subficiant, ut in c. Novit infra de sentent. excommunicat. & dictum est supra num. 4. vers. Et ego magis. An autem Clerici teneantur vi directiva ad observandam legis generaliter late absque ulla mentione personarum Ecclesiasticarum, dicam plenè in quest. seq. num. 26.

Quæro. Supposito Principis secularis edicto ad bonum publicum lato de armis non ferendis, aut domi retinendis.

Primo, An Clerici ex Episcopi licentia possint eadem arma deservare & retinere, itaut episcopalis licentia non ab eodem Principe; sed ab Episcopo tantum sit eis concedenda.

Secundo, An Principis familia in Ecclesiis & aliis locis Ecclesiasticis immunitate gaudentibus arma perquirere vel indè à quovis auffer liceat.

Tertio, An Episcopi familia de ipsis Episcopi licentia impune uti possint quous armorum genere perinde, ac familia Principis secularis.

Quoad primam questionem ardua est dubitatio an Clerici ejusmodi edicto ligentur. Sunt enim qui putant ligari non modo vi directiva rationis; sed etiam coactiva, itaut si arma contra Principis Laici prohibitionem detulerint, possint civititer puniri à secularibus Iudicibus, inter quos referentur Joan. Fab. in l. Adiectis, per illum textum in vers. Ultio procedat, C. De Episc. audien. Auffer. in tract. de potest. seculi. fin. in repet. Clem. 1. de offic. ord. num. 21. vers. Decimo tertio saluti in verb. Armorum. Guilelm. de Benedic. in Repet. c. Raynuzius in verb. Et Usque nomine fol. 82. num. 36. Joan. Resin. in tract. de Majest. Princip. in ver. Non armis solum decoratam 2. par. n. 162. & seqq. inter tract. communes fol. 152. Ubi n. titur hæc opinionem tueri & rationibus & autoritatibus, que in præsentia resellere non oportet ut incutius patet.

Alii verò quam plures arbitrantur Clericos teneri tantum edicto Laicali vi directiva rationis, ita ut propteræd possint quidem à curia seculari armis spoliari; sed non puniri etiam civititer, cum hoc sit jurisdictionis, quam non habent seculares in personis Ecclesiasticis. Ideoque parum esse petendam à Iudice Ecclesiastico tantum. Atque hujusmodi sententia sunt Joan. de Plat. in §. Item Lex Julia in fin. de publ. Judic. Joan. Lup. in Repet. c. per vestras in 2. notab. §. 1. num. 13. donat. inter vir. & Uxor. Aff. in const. intentionis num. 23. ad fin. de illicit. port. armor. Covar. practicar. quest. in 33. quest. num. 7. & var. resol. c. 20. in fin. Menoch. de arbit. jud. tes. 394. num.

31. & seqq. Clar. in §. fin. q. 36. vers. Uterius quæro, ubi testatur hæc esse magis communem opinionem, Sor. in 4. dist. 25. qu. 2. art. 2. concl. 4. Pausan. de Armis q. 8. num. 26.

Quorum plerique probant usque adeo licere familie seculari Clericos cum armis deprehentos alique metu excommunicationis apprehendere, atque armis spoliare, ut nec diu teneantur eadem arma restituere Judici Ecclesiastico, uti opinatur. Covar. Clar. & quidam alii locis citatis, ubi opinatur. Covar. Clar. & quidam alii locis citatis, ubi opinatur. Covar. Clar. & quidam alii locis citatis, ubi opinatur. Covar. Clar. & quidam alii locis citatis, ubi opinatur.

Quæ opinio sponit illud principium, quod Lex Civilis generaliter lata ad bonum publicum & commune, tam Laicorum etiam Clericorum utilitatem: etiam Clericos comprehendit, saltem vi directiva, & ex vi dictamina rationis, cum & ipsi sint cives & membra Republice. Quod docuit gloss. in c. Generaliter inver. Necessitates 16. q. 1. Saluc. in Authent. Cassa & irrita num. 12. C. de sacros. Eccl. Calder. conf. 2. col. 3. vers. Ad hoc tamen Clerici hoc tit. Barbat. conf. 1. col. 12. & vers. Et dicit quod Statuta, lib. 3. Abb. in cap. Non minus col. fin. prope fin. vers. Fateor tamen quod si Clericus de com. Eccles. Paul. de Calfr. in l. Ad instructionem, Cod. de sacros. Eccl. Narra conf. 311. n. 4. Guillel. de Benedic. in d. cap. Raynuzius in ver. Et uxorem nomine Adalafam, num. 7. Bellam. conf. 45. in princip. post Innoc. inter consilia ejusdem Bellam. conf. 46. num. 4. & conf. 47. vers. Super sexta articulo. Idque aliis relictis sufficit comprobat Dominus meus Joan. Franciscus Fagnanus in tract. de Just. & valid. censur. Pauli V. par. 3. vers. Quanto arguitur. Ideoque Card. Bellam. tom. 2. controvers. lib. 1. c. 28. An Clerici sint liberi à jure potestatis secularis, in secunda propositione, cum primò docuisset Clericos quoad vim rationis directivam, non autem coactivam ligari constitutione Principis jubentis neminem notum cum armis incedere, subdit dicens: Nam Clerici præterquam quod Clerici sunt, sunt etiam cives & partes quædam Republice politice: igitur ut tales vivere debent civilibus legibus. Non sunt autem alia, quam que à Magistratu politico late sunt, Greg. de Valent. tom. 4. dist. 9. qu. 5. punct. 4. in princip. Igitur illas Clerici servare debent; alioquin magna confusio & perturbatio in Republica oriretur, si Clerici non servarent politicas Leges in rebus humanis & politicis. Hæc Bellarmin.

Quæ tamen non transeunt absque difficultate, & in contrarium valdè urget text. in l. Placet C. de Episc. & Cler. ubi dicitur, Clerici cum publicis actionibus vel ad Curiam pertinentibus, cujus corpori non sunt annexi, nihil commune habeant; Per quem text. Abb. in c. Non minus in fin. de immunit. Eccles. tenet Clericos non esse de universitate Laicorum, allegat. Innoc. in c. Dilecti de excessib. Prælat. & sequuntur Thom. Parpal. in repet. d. l. Placet. & Joan. Maur. in repet. l. unic. C. De mulier. & in quo loco lib. 10. Quod absque dubio procedit in odiosis, in quibus Clerici non veniunt appellacione populi, c. Si sententia de sent. excommunicat. in 6. & est communis opinio, ut restatur hic Dec. num. 36. licet secus sit in favorabilibus, cap. Dilecti de for. compet. & ibi Abb. num. 3. in 2. not. Anchar. Imol. & Abb. in cap. 1. de prob. Præpos. in cap. De his 12. dist. Dec. hic cod. num. 36.

Verum esto sententia Covar. & aliorum vera sit in ea parte, in qua affirmat Clericos ligari edicto Principis ex dictamine & vi directiva rationis tantum. Ad certè nullo jure defendi potest in alia parte, in qua vult Clericos posse à Curia seculari apprehendi, atque armis spoliari: nam aut executor vel officialis Curie apprehendit Clericum eumque armis vi spoliat de facto & tanquam privata persona; & tunc non excusatur à violenta manuum injestione. Nam sicut non liceret alteri privato Clericum sistere, & repellere, dimovere aut aliquid ex ejus manibus per vim abstrahere absque incurfu censurarum Canonis, c. Si quis invidente 17. q. 4. ut illic omnes notant: & in cap. Perveit & in cap. Tua nos de sent. excommunicat. ita nec licebit hoc ministro seculari, si de facto & tanquam privatæ



DE CONSTITUTIONIBUS

Idem Innocentius III. Abbatii, & Conventui S. Silvestri.

CAPUT X.

Ecclesia Sanctae Mariae: & infra. Nos attendentes, quod Laicis (etiam Religiosis) super Ecclesiis & personis Ecclesiasticis nulla sit attributa facultas, quos obsequendi manet necessitas, non autoritas imperandi; à quibus si quid motu proprio statutum fuerit, quod Ecclesiarum etiam respiciat commodum & favorem nullius firmitatis existit, nisi ab Ecclesia fuerit approbatum. Unde Statutum Basilii de non alienandis praediis rusticis vel urbanis, ministeriis & ornamentis Ecclesiasticis, illa reprobatum fuit potissimum ratione, quod auctoritate non fuit Romani Pontificis roboratum. Quod à senatore factum fuerat in praerudicium Monasterii non Conventi nec confessi vel convicti, in irritum revocantes, easdem possessiones restituendas sibi sententialiter definimus.

SUMMARIUM.

- 1. Causa Ecclesiarum per constitutiones Laicorum definiti non debent.
2. Lex secularis generaliter lata ad Ecclesias vel personas Ecclesiasticas, aut earum bona in eorum praerudicium non extenditur.
3. Statutum generale Laicorum non ligat Clericos, si recludet contra ea que sunt clericis concessa in privilegio, seu contra ea quae illis competant de iure communi & us. seqq.

- 4. Dispositio generalis non comprehendit illicite.
5. Ius commune difficultus tollitur quam Privilegium.
6. Laici cogi possunt per iudicem Ecclesiasticum ad declarandum eorum statutum non comprehendere Ecclesias.
7. Lex secularis disponens de Ecclesiis, personis Ecclesiasticis vel earum bonis, etiam si respiciat earum commodum vel favorem non valet.
8. Statuendi potestas à jurisdictione dependet.
9. Princeps Laicus in Ecclesiis vel Ecclesiastica negotia nihil habet jurisdictionem.
10. Clerici excepti sunt à seculari jurisdictione iure humano & divino.

Ecclesia Sanctae Mariae. Causa Ecclesiarum per Constitutiones Laicorum definiti non debent. Hoc dicit secundum Joannem Andream, cui subscribunt Ant. de Butr. Cardin. Anch. Imol. Eald. & Bellam. Sed plenius secundum

modum & favorem concernat. Dividitur, ut per Joannem Andream.

Nota est hac Decretali, duas conclusiones que sunt veluti axes & axiomata quaedam in materia Jurisdictionis, immunitatis ac libertatis Ecclesiasticae.

Prima conclusio est. Lex secularis generaliter lata: id est, nulla Ecclesiarum vel personarum Ecclesiasticarum habitia mentione, quantumcumque rationabilis non comprehendit Ecclesias aut personas Ecclesiasticas vel earum bona in eorum praerudicium. Hae est concors fere omnium Juris Civilis & Canonici Interpretum determinatio; & in specie ita tenent hic post Joannem de Lignan. Anton. de Butr. num. 20. Petrus de Anchar. in 3. notab. Joannes de Imol. sub num. 11. Abb. in 1. notab. Felin. num. 81. vers. Ex hoc inferit. Dec. num. 233. Mantuan. sub num. 1. Idem firmant Oldrad. reclusus à Feder. de Sen. conf. 85. num. 4. Calder. relaxatus à Cardin. conf. 144. num. 5. Feder. de Sen. d. conf. & num. Card. d. conf. & num. & in repet. c. perpendimus num. 13. vers. Aus se observaretur de sent. excomm. Joannes Andreas & Lap. in e. fin. de immun. Eccl. in 6. & ibidem Gemin. num. 3. vers. Sed pons. Anchar. num. 1. quast. 1. vers. Quere, post Joannem Andream, Franc. num. 2. vers. Et infra etiam Bartol. in l. Filiusfamilias §. Divi, num. 11. de legat. 1. quem ibi sequuntur Angel. Imol. Florian. Croc. num. 8. Alex. num. 12. Ripa num. 81. Jaf. num. 106. qui quomvis potest multa in propositum allegat: ibi tamen ait omnes ita sentire & ita indubitanter esse tenendum. Ferdinand Loaz. num. 177. Bolognert. num. 200. Ex quibus Croc. Alex. & Laoz. testantur hanc opinionem communi scribentium consensu esse receptam; & Ripa affirmat eam sequi communiter Legistas & Canonistas. Eandem probant Bald. in l. Ut inter Druinum, num. 17. c. de Sacrosancta Ecclesia & in conf. 133. lib. 3. Ant. de Butr. in c. Tua il. 1. num. 4. de decim. Redoin. in tract. de reb. Eccl. non alien. quast. 10. num. 6. Cuman. conf. 85. Praescripto casu prope fin. Jacob. à Canib. in tract. de repress. in 2. part. num. 10. Borch. in tract. de Episcop. in 4. part. num. 147. Fabian. de Monte in tract. de empr. & vendit. 3. p. principali num. 45. vers. Sed non voleret. Qui ferè omnes exemplificant in Lex vel Statuto laicali prohibente alienationem fieri in non subditum. Et quomvis Bart. in l. Cunctos populos, num. 27. vers. Quidis queris, c. de Summa Trinitate: tenent Statuta Laicorum si de Ecclesia vel Clericis expressè non disponant, non valere quatenus redundent contra ea que sunt concessa Ecclesiis vel Clericis in privilegio. Auth. Calla, c. eodem titulo. Secus si contra ea que non competent Ecclesiis vel Clericis ex privilegio; sed ut culibet; quia ligant Clericos & sunt servanda in foro Episcopali: dummodo sint honesta, per e. Cum venissent de 10 qui mit. in possess. c. Constitutus, de integ. ressit. c. Cum causa de re judic. tamen ejus opinioem reprobat communiter Dydores & contra eam preter Cyn. in l. fin. circa fin. c. Quo sit longa consuetudo, reclusus à Bartol. ubi supra tenent Bald. in l. 1. col. 8. vers. Sed hic ulterius queritur & in l. Omni innovazione, c. de Sacrosancta Ecclesia, Calder. conf. 11. hoc titulo & aliis quoque referet & sequitur hic Felin. num. 81. vers. Sed contra Bartol. Et hoc dictum Bartoli committere damari per Canonistas, dicit hic Anton. de Butr. num. 20. & Dec. num. 233. referens Dominic. idem dicentem in c. 1. de jurejur. Principalis ratio est, quia dicuntur contra libertatem Ecclesiasticam, non solum Statuta illa que auferunt Ecclesiis five Clericis, quod illis competit tanquam Clericis & in privilegio secundum Innocent. & omnes in e. Noverint de sent. excomm. sed etiam que auferunt quod illis competit de jure communi & ut culibet de populo, c. fin. de immun. Eccl. lib. 6. c. Cum terra & ibi Butr. infra de elect. Lap. alleg. 92. Infractus Paul. de Callr. in d. Auth. Calla. num. 4. & seqq. & ibi etiam Dec. num. 177. Felin. alios adducens hic num. 69. vers. Tertia fuit opinio; & Dec. num. 3. vers. Quando auferuntur ea que concessa sunt Ecclesiis vel Ecclesiasticis personis de jure communi, Canonico vel Civili. Et cum Ecclesiae & personae Ecclesiasticae ac earum bona sint prorsus exempta à seculari Jurisdictione & prorsus ex defectu potestatis non licet Principibus Laicis in Ecclesiis vel earum personis aut bona nominatim statuere: ut hic deciditur & latius dicam infra in secunda conclusione. Leges Laicales generaliter disponentes ad hunc perversum intellectum trahi non debent, ut inquit Petrus de Anchar. in d. c. fin. num. 1. vers. Praeterea post Joannem Andream ibi num. 4. quomiam sub generali dispositione non veniunt illicite, c. Causam de elect. c. Significatio de refer. in 6. l. Si Procurator ff. de cond. indob. Et sicut expressè non possunt Laici per sua Statuta ligare Clericos vel Ecclesias; & ita nec tacite generaliter disponendo, quia tacitum & expressum recipiuntur, l. Cum quid ff. Si cert. per. ut hic per Imol. num. 11. Et in his paria sunt aliquid directè vel indirectè facere, c. Quanto de privil.

c. fin. de immun. Eccl. in 6. cum concord. de quibus ibi per glossam & Joannem Andream. Menoch. conf. 291. num. 25. & seqq. lib. 1.

Quomodo Lex generalis personas Ecclesiasticas & earum bona non comprehendit, tam ex defectu potestatis quam voluntatis. Abb. in c. A nobis. il. 1. num. 4. de sent. excomm. Alex. conf. 210. num. 1. lib. 2. Socin. ten. conf. 40. num. 9. lib. 4. Croc. conf. 75. num. 13. & seqq. lib. 1. & alii passim. Unde Butr. hic prope fin. vers. Unum tamen advertere. Si Laicus inquit facit Statutum in genere loquens: in dubio illud Statutum ex mente conditoris non ligat Ecclesiam, tum quia non est verisimile ut dispositionem extendat ad non subiectum potestatis, c. A nobis de sent. excomm. nisi in quantum privilegaret; tum quia non est praesumptio in genere loquentem se extendere ad prohibita per que delinqueret, c. Si compromissarius de elect. Iudens hoc esse notabile verbum Joannis Monachi in c. ut animarum de const. lib. 6. Ed autem magis inverisimile est Statuentes velle Clericos includere, quia alioquin in sententiam excommunicationis incidere: ut in c. Noverint de sent. excomm. c. Non minus de immun. Eccl. c. 1. & c. fin. cod. tit. lib. 6. & in Bulla Cenae Domini, c. 15. e. Seu nostra & dictae Sedis: plenè Navar. in Manual. c. 27. num. 118. Praeterea si non valet Statutum quando disponit contra Privilegium Ecclesiasticum: licet generaliter loquatur, ut fatetur Bartol. Longè minus debet valere si disponat contra concernentia Jus commune, quia facilitus tollitur quod competit de jure speciali quam quod de jure communi, l. Ejus militis, §. Militia ff. de milit. restam. & tradunt hic Butr. num. 20. Imol. num. 11. Felin. num. 81. & Dec. num. 2. Barbat. in rubr. de reb. Eccl. non alien. num. 138. Albert. de Rotat. de Statut. part. 2. quast. 2. num. 6. Galliaula in repet. l. Centurio, num. 157. ff. de vulg. & pupil.

Nec refert quod Statutum sit bonum & aequum, quia hoc non tribuit potestatem Statuenti secundum Bald. in l. Cunctos populos, num. 15. vers. Ista ratio non valet, c. de Summa Trinitate; publica enim utilitas qualitem legis respicit; sed potestas & autoritas substantiam, sine qua nulla potest considerari qualitas, l. 2. ff. de usufruct. & l. Nec illam, alius est, l. Etiam si, §. Si quis abentis; & ibi notat Angel. in princ. ff. de petit. hered. Unde parum refert ut in Laico adit modus condendi legem, scilicet utilitas & necessitas, nisi etiam adit potestas & voluntas: quae omnia ad culpamque actus validitatem concurrere debent. Bald. conf. 326. Rex Romanorum, num. 2. lib. 1. Bero. conf. 76. num. 26. vol. 1. Purpurat. conf. 335. num. 2.

Ad jura per Bart. allegata responderetur, ea loqui in consuetudine Clericorum & Laicorum simul: ut per Felin. in num. 81. ubi etiam dicit opinionem Bartoli posse valere in quibus casibus quos prolequere: ut per eum. Addit Joannes Andreas in d. c. fin. num. 4. non esse absurdum dicere Statuentes compelli posse per Iudicem Ecclesiasticum ad declarandum Statutum non includere Ecclesias; & sequuntur ibi Petrus de Anchar. sub. num. 1. post med. vers. subdit tamen, Gemin. sub num. 4. vers. Imò non esse absurdum; & Franc. num. 2. vers. Quod autem & infra circa fin. vers. Et ultra etiam, Butr. conf. 40. Statuto Civitatis, num. 2. vers. Quomodo compellere possit iudex Ecclesiasticus. Et idem Butr. hic in fin. & Felin. num. 75. dicent hanc esse solemnem & efficacem praedictam per totam materiam hujus Decretalis: plenè Gabr. conf. 47. vol. 2. Sard. alios citans conf. 301. num. 45. vol. 3. Ad quod est bonus textus in capite Pervenit de arbit.

Secunda conclusio. Lex Principis Laici utcumque supremam in temporalibus Jurisdictionem habentis, quae specialiter de Ecclesiis aut Ecclesiasticis personis, vel earum bonis loquitur: etiam si respiciat earum commodum vel favorem: non valet ex defectu potestatis. Textus clarus est hic, ubi hoc notat Abb. in lectura num. 10. vers. Ad primum dico & in repetitione num. 46. Felin. num. 40. v. Recipit autem praedicta regula & Dec. num. 47. A qua conclusione nemo dissentit nec dissentire potest, quoniam potestas statuendi à Jurisdictione dependet, l. fin. & ibi Bald. ff. de Jurisd. univ. judic. cap. A nobis, il. 1. de sentent. excommunicat. c. Ut animarum, de const. lib. 6. Bart. in l. Omnes populi, in 1. quast. in princ. ff. de justitia & jure Roman. conf. 118. num. 2. Abb. hic d. num. 10. Dec. num. 8. & alibi saepe DD. & in quocumque actu ad illius validitatem praeter voluntatem necessaria est justa potestas, cap. Cum super de offic. deleg. c. Super inordinata; & ibi Butr. in primo notab. de praebend. l. Cum te, ubi Bald. num. 1. c. de donat. ante nupt. Et potestatis defectus semper & indistinctè nullitatem producit, ut ait hic Butr. num. 20. & Dec. num. 233. Croc. in l. Filiusfamilias, §. Divi, num. 80. in fin. ff. de leg. 1.

Explorari autem juris est Ecclesias, personas Ecclesiasticas



quas a tempore ultimi statuti inveneritis vacasse in Ecclesia memorata ( non obstante aliqua constitutione super hoc a Canonicis ipsis facta, vel confirmatione a nobis ab eisdem obtenta ) personis idoneis cum consilio Episcopi conferatis.

SUMMARIUM.

- 1 Statutum non valet, per quod cultus divinus sine causa diminuitur: etiamsi in forma communi a Papa fuerit confirmatum, num. 3. & 4.
2 Præbendarum numerus per constitutionem Canoniorum restringi non potest, si Ecclesia redditus non sint diminuti.
3 Inhiare, quid sit.
4 Confirmatio in forma communi, quid operetur.
5 Confirmatio subreptitia non convalidat præbendam suppressionem nullam.
6 Præbendarum reductio in valida non impendit vacationem præbende in remanentibus ultra numerum.
7 Impetratio beneficii ex taciturnitate suppressionis nulla non redditur subreptitia.
8 Præbendarum numerus reduci potest a Canonicis auctoritate Episcopi, si Ecclesia redditus diminuti sint.
9 Fallit, si præbende non ab Episcopo, vel Capitulo: sed ab aliis fuerint dotate & num. 15. & 29.
10 Item fallit, si præbendarum numerus fuerit ordinatus, aut confirmatus auctoritate Apostolica & num. 16.
11 Vel juratus a Canonicis, ibid.
12 Item fallit, si negotia Episcopi & Capituli sint communia.
13 Et quid post Concilium Tridentinum & seqq.
14 Præbendarum numerus, an & quando Episcopus possit restringere in vim Concilii Tridentini, & in quibus jus commune fuerit a Concilio alteratum, seu declaratum.
15 Præbendas non potest hodie Episcopus supprimere, si illarum tenuitati providere possit per unionem beneficiorum simplicianorum.
16 Præbendas Patronatus Laicalis Episcopus supprimere non potest sine consensu patroni. Secus si sint Patronatus Ecclesiastici.
17 Præbendarum numerus Episcopus potest ex causa reducere, sed non tenetur. Nec Metropolitanus potest in hoc suppleri.
18 Abbatibus, & aliis inferioribus etiam exceptis & ju.

- rificationem quasi Episcopalem habentibus non licet præbendas supprimere ex c. 15. sess. 24.
19 Nec Capitulo Sede vacante.
20 Missus & Anniversaria, aut elemosinas pauperibus erogandas, an Episcopus ex causa tenuitatis reducere possit de Jure Communi.
Et an ex Concilio Tridentino, num. 30.
21 Papa solum alterare potest usum illarum, quas per fideles donatas sunt, vel relicta.
22 Commutatio voluntatis ad inferiori a Principe regulariter fieri non potest.
23 Et quid si proventus hereditatis non sufficiant ad onera adimplenda & num. 25.
24 Missarum onera beneficio incumbentia Episcopus reducere non potest.
25 Missarum onera beneficio injuncta, an Episcopus moderari possit, si redditus postea diminuti sint, & n. s. Quod si eas modi redditus spectent ad heredem, ibid. Et quid si spectent ad beneficium, num. 27. & seqq.
26 Onus pro rata minuitur redditus diminuti.
27 Voluntas testatoris potest ad Episcopo in alium sum usum commutari, si de jure vel de facto adimpleri non possit.
28 Commutandi ultimas voluntates, si que facultas de jure Episcopo competat, non est sublatam a Concilio Tridentino.
29 Anniversaria & officia defunctorum Episcopos potest reducere ad prescriptum Concilii Tridentini cap. 4. sess. 25.
30 Elemosinas pauperibus erogandas Episcopus reducere non potest in vim cap. 4. sess. 25. Concilii Tridentini, & num. seqq.
31 Dispensandi facultas & favorabilis est amplianda, nisi agatur de præjudicio tertii.
32 Dispensandi potestas in simplicibus non extenditur ad mixta.
33 In Missis vel Anniversariis, aut elemosinis reducendis quis ordo servari debeat.

propter honorem Ecclesie, ne nimia religionum diversitas confusionem inducat, secundum Joan. Andr. hic num. 8. & Imol. in 2. notab.

Procedit autem hæc prima conclusio, etiam si statutum restringens numerum Canoniorum fuerit a Sede Apostolica confirmatum in forma communi. De hac enim confirmacione intelligitur hoc capitulum ibi, Non obstanti confirmatione a nobis obtena, Nam talis confirmatio sub communi forma nihil novi tribuit, c. Cum delicta, §. Nos igitur de confirm. tit. vel instit. c. Quia diversitatem in fine de consecr. præbend. & c. Ex parte, il. primo de privileg. & tenet hoc gloss. in ver. Confirmatione, Host. num. 6. Joan. Andr. Bald. Burr. Cardin. Anchar. Imola, & Joan. de Anan. omnes in prin. Sed dicitur, Ad quid igitur hujusmodi confirmatio membranas occupat? Respondet Bald. num. 19. dicens: Confirmatio facit de aliquo validius, ut non possit revocari per statuentes, sed de nullo non facit aliquid: nisi Papa apponeret clausulam, non obstanti, & ex certa scientia scriberet, vel in contradictorio examine decerneret, ut l. Adoptio, ff. de adopt. Et est ratio secundum eum, quia illud, quod non est confirmabile de jure, non præsumitur per incertum confirmatum, ut l. 2. §. Ne quis a principe, ff. Ne quis in loco publ. l. Meminerint, C. Unde vi & cap. Qualiter & quando, il. primo de accusat. Potest etiam intelligi hoc cap. de confirmatione subreptitie impetrato, ed quod statuentes mentionem non fecerint de statu antiquo, nec de redditibus Ecclesie non diminuti, talis enim confirmatio non validat præbendam suppressionem nullam Arg. c. de rescript. & tenet hic gloss. in ver. Confirm. Imoc. in eodem verbo. Hostiensis num. 4. vers. Nec etiam prodest & n. 7. Joan. Andr. in fine, Butrius num. 6. & reliqui post eos; & idem est si non meminerint de assensu Episcopi neglecto, capite Cum consuetudinem de consuetudine secundum Innoc. & Joannem Andream locis citatis & Card. num. 2. vers. Et de consensu; & nota hoc Statutum non obstante confirmatione, sub communi forma impetratae uque adeo esse nullam; ut restrictio numeri non impediât vaca-

- tionem præbendarum in remanentibus ultra numerum: ut probat littera ibi, præbendas quas a tempore ultimi Statuti inveneritis vacasse in Ecclesia memorata; & notat Butrius num. 6. & Bald. num. 3. qui ex hoc notabiliter infert, ut si quis post ultimum Statutum restringens numerum, impetraverit vacationem, facta mentione numeri antiqui & non novi: valeat impetratio, quia novus numerus non est numerus Juris; sed facti, de quo non oportet mentionem facere. Ergo taciturnitas suppressionis invalidæ, subreptionem non indicit: ad hoc, capite non prælat, ne regulis Juris lib. 6. & vide bonam glossam in capite Cum nostris in verbo Non vacaret de concessione præbendarum, Rota in antiqua decisione 176. aliâ 69. de rescripto, qua incipit. Nota quod de gratia adversarij que nulla est: non tenent in gratia mea facere mentionem. Gemin. cons. 120. num. 4. vers. Item de jure istius. Felin. in capite Ex tenore num. 2. & sequentibus post glossam primam, ibi in fine de rescripto.
8 Secunda conclusio est affirmativa & colligitur a contrario sensu ex illis verbis: licet eas non sint diminuti redditus, videlicet: possunt Canonici aliquot præbendas supprimere casque ad pauciorum numerum reducere Episcopi auctoritate, si Ecclesie redditus diminuti sint. Arg. c. Quoniam infra de vita & honestate Clericorum; & tenet hic glossa 1. Hostiensis num. 2. in verbo Diminuti. Cardin. num. 2. in prima questione. Abb. & Aretin. ambo in 2. notab. & ita communiter tenentur telatur Card. in capite, Cum accessissent in quarta questione augeri potest Canoniorum numerus auctoritate Episcopi, capite Cum M. & ibi plene notatur supra eodem; & Arg. capite Quotus de consub. c. Inno. 41. dist. 1. l. In Ecclesia, C. de Episcopo & Clerico. Ergo eadem auctoritate diminui potest redditibus diminuti, quia omnis res per quoscunque causas nascitur: per eadem diluivitur, capite primo de regis Juris & l. Nihil tam naturale, ff. eodem & eadem auctoritas que requiritur in constructione actus, requiritur in illius destructione, capite Verbum de panis. dist. 1. Roman. cons. 65. Vijo themate num. 2. vers. Hoc enim & cons. 116. Vijo in prin. & sic in augmento numeri: ita & in illius contractione facultates Ecclesie sunt considerande, ut capite primo & capite Auctoritate de iustis. secundum Hostiensium hic num. 3. ut idem operetur oppositum in opposito, quod propositum in proposito, l. Si ex toto ff. de legat. 1. l. 3. §. pu. l. 4. & l. Legata in fin. ff. de adim. legat. Non obstanti textus in capite fin. de veteram significatione. Nam ut respondet Compot. & post eum Cardin. in d. c. Cum accessissent in quarta questione: ibi voluntarii fuit perita confirmatio Sedis Apostolice. & eodem modo respondit ad caput Cum olim de consuetudine. Fateatur enim utile esse, ut in talibus auctoritas Pape interveniat; & concordat hic Vincentius.
9 Hæc tamen secunda conclusio procedit, dummodò præbende fuerint dotate ab Episcopo vel Capitulo. Secus si ab aliis, quia tunc in præjudicium Patroni qui illas fundavit vel dotavit: nequeunt Episcopus & Capitulum illas supprimere & ad pauciorum numerum reducere, ut capite Monasterium & capite Patroni; & ibi notatur 16. questione 7. & tenent Innoc. & Compot. in capite Cum accessissent supra eodem. Bellam. ibidem num. 7. vers. Sed nunquid, Cardin. in quinta questione & Abb. num. 4. in fin. & num. 5. & Host. hic num. 9. vers. Et hoc est verum, de quo latius dicam infra num. 15. & 29.
10 Rursus procedit eadem conclusio, si Canoniorum numerus fuerit in Ecclesia Judici Episcopi ordinatus juxta textum in l. In Ecclesia, C. de Episcopo & Clerico. Secus si ab initio institutus fuerit vel postea confirmatus auctoritate Apostolica cum clausula Decreti irritantis, quia tunc a Canonica auctoritate Episcopi restringi non potest. Arg. c. Omnis res de regulis Juris & l. Nihil tam naturale ff. eod. Et idem est si numerus fuerit juratus, ut capite Dilcto de præb. & ita intelligitur hæc Decretalem Hostien. num. 2. & 4. Collecti. & Bellam. ambo num. 2. & idem Bellam. in d. c. Card. in quinta questione supra eodem; & ibi etiam Card. in quinta questione supra eodem: de quo tamen dicam plenius, ut ibi scripsi.
11 Demum procedit conclusio prædicta, si negotia Episcopi & Capituli sint divisa: factis si sint communia, quia tunc non potest Capitulum præbendas supprimere, etiam auctoritate Episcopi, ne sit autor in facto proprio, l. Pupillus, ff. de auctoritate tutorum; & Clem. si una de rebis Ecclesiasticis non alienandis; & tenet hic Host. num. 4. vers. Item nec auctoritate Episcopi. Henric. Boch. post princip. vers. Sed si quæris in d. c. Cum accessissent num. 2. vers. Sed si quæris, ubi etiam Abb. num. 5. supra eodem, gloss. in d. Clem. Si una in verbo Mensa sua. Quam ibi sequuntur Card. num. 1. & reliqui omnes: de quo tamen dicam plene scripti in capite Expositio de præb.
12 Sed hodie in his servari debet Decretum Concilii Triden-

ini, cap. 15. sess. 24. quo statuitur, ut in Ecclesijs Cathedralibus & Collegiatis insignibus, ubi frequentes adeoque tenues sunt præbende simul cum distributionibus quotidianis; ut sustinendo decerni Canoniorum gradus pro loci & personarum qualitate non sufficiant: licet Episcopi cum consensu Capitali, vel aliquot simplicia Beneficia non tamen regularia in anire; vel si hæc ratione considerari non possit aliquibus ex his suppressis cum Patronorum consensu, si de Jure Patronatus Laicorum sint, quatuor fructus & proventus reliquarum præbendarum distributionibus quotidianis applicentur: eas ad pauciores numerum reducere; ita tamen at tot superstit qui Divina Cultui celebrando ac Dignitatibus Ecclesie commode valeant respondere: non obstantibus quibuscunque Constitutionibus & Privilegiis. Hæc ibi: Ex quo contextu, omisso unionis remedio de quo egii latissime in d. c. Expositio de præb. quod spectat ad materiam suppressionis observandum est, Jus Commune fuisse in multis alteratum seu declaratum a Concilio. Primo enim Concilium voluit præbendarum suppressionem fieri posse ab Episcopo in Cathedralibus & Collegiatis insignibus dumtaxat: ut patet ex principio d. c. 15. non autem in non insignibus: quod non reperiebatur cautum de Jure Communi. Deinde notat Concilium fieri posse hanc suppressionem in prædictis Ecclesijs omnibus; sed in illis tantum ubi præbende essent frequentes. Quod de Jure communi saltem expresse cautum non erat: unde Episcopus hodie non potest præbendas supprimere & ad pauciores numerum reducere, nisi tot superstit que sufficiant ad Divinum Cultum peragendum & Dignitates Ecclesie conservandas: ut patet in d. c. 15. ibi: frequentes; nec non ibi: ita tamen ut tot superstit. Præterea Concilium voluit licere Episcopo, numerum præbendarum restringere ex causa tenuitatis reddituum, non distinguendo an redditus fuerint tenues ab initio, an postea diminuti fuerint; cum tamen Jus Commune disposuisset in eo tantum casu in quo redditus ex post facto sint imminuti: ut patet in hac Decretali. Similiter Jus Commune non exigebat, saltem expresse ut essent tenues: nisi præbende, ut hic patet; ac ex Concilio oportet ut tales sint non solum fructus præbende, sed etiam distributiones: ut patet in d. c. 15. ibi: tenues sunt præbende, simul cum distributionibus quotidianis. Quomobrem si solæ distributiones essent tenues: deveniendum non esset ad suppressionem; sed Episcopi uti posset remedium, c. 3. sess. 21. ut Sacra Congregatio declaravit. Insuper Jus Communi inspecto ubi facultates Ecclesie erant diminute: poterat Episcopus cum Capitulo immediate procedere ad suppressionem præbendarum; sed ex Concilio Episcopus debet primò consulere præbendam tenuitati per unionem Beneficiorum simplicium; atque hoc remedio deficiente: tunc demum confugere potest ad aliud remedium suppressionis præbendarum; illa enim alternativa vel quæ Concilium utitur in d. c. 15. non est electio, sed ordinis: ut clarè ostendit conditio illa que immediate subsequitur, videlicet si hac ratione provideri non possit: Ad hoc, capite Metropolitanus; & ibi glossa in verbo Ex Presbyteris 63. distinctione & quod scripi in capite Inter cetera, num. 47. de rescripto. Ad hoc Concilium in illis verbis, cum Patronorum consensu approbatur opinione Innocentii & Compotellani de qua supra, num. 11. assertum non posse Episcopum præbendas supprimere, si fuerint ab aliis fundate vel dotate; & in sequentibus verbis, si de Jure Patronatus Laicorum sint: eandem opinionem limitavit vel declaravit procedere in præbendis Patronatus Laicalis dumtaxat: imò si fuissent dotate de bonis Ecclesiasticis, etiam ab aliis quam ab Episcopo vel Capitulo, secundum ea que notatur in c. Cum autem de Jure patr. & in c. Unico in fin. eod. tit. lib. 6. tunc ex decreto Concilii a contrario sensu posset Episcopus concurrentibus requisitis illas supprimere, & ad pauciores numerum reducere, etiam sine consensu Patroni Ecclesiastici, quod est valde notabile: & vide bonam glossam in c. cum dilectus in ver. Quampliam presentare, vers. Sed nunquid de Jurepatr. Amplius in derogacione illa, non obstantibus quibuscunque constitutionibus, & privilegii. S. Synodus non obscure sustulit opinionem Hostien. & aliorum, qui dixerunt reductionem numeri præbendarum ab Episcopo & Capitulo fieri non posse, si eisdem numerus fuerit ordinatus ab initio, aut postea confirmatus auctoritate Apol. Cum enim talis ordinatio, vel confirmatio nihil sit aliud, quam constitutio, vel privilegium, utique dum Concil. constitutionibus & privilegii derogavit, in necessariam consequentiam permisit Episcopo, ut possent ex causa numerum præbendarum restringere, non obstante ordinatione, vel confirmatione Apostolica. Accedit quod cum Cathedralibus, & Collegiatis Ecclesie non eriganur nisi a Sede Apostolica, & in illarum erectione semper conduceret præfati numerus præbendarum; si Episcopus non posset illarum numerum reducere, proviso Concilio esset supervacua contra textum in c. Commissa de elect. lib. 6. non siml. Poa-

deratis quoque illis verbis Concilii: *licet Episcopis, S.*  
 17 *Congregatio censuit prebendam tenuitatis Cathedralis,*  
*vel Collegiatis insignis posse Episcoporum providere, juxta*  
*c. 15. sess. 24. sed non teneri, nec Metropolitanum in*  
*hoc posse supplere. Atque ita repræbavit opinionem Hof-*  
*tien. hie num. 4. qui putavit in casu cap. posse haberi*  
 recursum non solum ad Papam, sed etiam ad Metropoli-  
 2. *verf. Sed in hoc quod dicit, quia hic casus non est de*  
 his qui notantur per gloss. 1. in c. 1. *De suppl. neglig.*  
 18 *Prælat. lib. 6. Ac demum hæc decretalis cum decidat*  
 Canonicis non licere præbendas suppressere, quando Ec-  
 clesiæ redditus non sunt diminuti; à contrario sensu probat  
 id licere Canonicis, si redditus imminuti sint. Sed  
 quia mentionem non facit de Episcopo, gloss. 2. *Holt-*  
*num. 2. & Doctores supplet, Episcopi autoritate, non*  
 autem propria. Verum hoc expresse declaravit Concilium.  
 Unde S. Congregatio censuit Abbatibus, vel Archidiaconis,  
 qui sunt principales dignitates in Collegiatis Ecclesiis,  
 & ad quos tanquam ad ordinarios inferiores pertinet  
 collatio præbendarum, non licere præbendas suppressere  
 in vim cap. 15. *sess. 24.* Sed Episcopo tantum cum consensu  
 Capituli, si modo ipsa Collegiata sit insignis, & ser-  
 ventur alia, de quibus in d. c. 15. Et alias censuit Abba-  
 ti jurisdictionem quasi Episcopalem habenti, etiam exemptus  
 9 sit, ac ordinarius Ecclesiæ Collegiatae, etiam si in dicta  
 Ecclesia concurrant omnia requilita, c. 15. *sess. 24.* non  
 licere Canonicis suppressere. Et eodem modo censuit  
 hanc facultatem non competere Capitulo Sede vacante.  
 20 Nunc cum in Superioribus firmitur sit licere Episcopo  
 cum consensu Capituli ob redditum tenuitatem reducere  
 numerum Canonicorum, seu præbendarum; hinc supra  
 occasione investigandum est, an similiter ex eadem causa  
 tenuitatis eidem liceat reducere onera Missarum, seu An-  
 niverſariorum, aut elemosinæ pauperibus eroganda. Sæpe  
 enim contingit ut ex testatorum dispositionibus heredes  
 teneantur per Sacerdotes peculiares, Anniverſaria pro de-  
 functis, vel Missas quotidianas, cum certis diebus cele-  
 brare & interdum etiam elemosinas pauperibus distribuere  
 & consimilibus oneribus multoties etiam gravantur in  
 fundationibus beneficii futuri. Verum quandoque eventus  
 solet, ut fructus hereditatis vel beneficii non sufficiant pro  
 omnibus oneribus à fundatore, seu testatore impostis sup-  
 portandis. Unde ad locorum Ordinarios per gravatos re-  
 curritur, ut opportune provideant, maxime juxta facultatem  
 sibi traditam à Concilio Tridentino c. 4. *sess. 25.*  
 21 Quomobrem circa prædicta dubitatur primo, an Episcopos  
 de jure communi facultatem habeat reducere, ac  
 moderandi non solum onera Missarum celebrandarum, &  
 Anniverſariorum, sed etiam elemosinæ pauperibus eroganda.  
 Secundo, an id saltem possit autoritate Concilii  
 Tridentini cap. 4. *sess. 25.* Tertio, quatenus possit,  
 quo ordine debeat moderandum facere, videlicet in ipsis  
 Anniverſariis, vel Missis quotidianis, seu potius in elemosinis.  
 Ad primum dubium respondetur reductionem, seu mo-  
 derationem onerum prædictorum, cum respiciat commutationem  
 pæ voluntatis, sibi Romano Pontifici esse reservatam.  
 Textus est clarus in Clem. *Quia contingit* & ibi gloss.  
 in *ver. Sedis Apostolicæ de relig. domib. ibi: Nota per hanc*  
*litteram solum Papam alterare posse usum illorum, que per*  
*Fideles donata sunt vel relicta. Quam glossam sequuntur*  
 ibi Card. in 10. *notab. Et in 2. oppos. numer. 9. & 9. 4.*  
 22 *num. 11. Imola num. 16. ab numer. 3. in ver. Solum Peza,*  
*Vitalin. numer. 17. & reliqui omnes. Quod etiam supponit*  
 Concilium Tridentinum cap. 6. *sess. 22.* Dispositio  
 voluntatis & ibi gloss. *unic. 13. quæst. 2. §. Disponit in*  
*Anth. de nupt. quam non potest inferior à Principe tollere,*  
*l. Si quis ad declinandam §. Sin autem, Cod. De Episcop.*  
 & Cleric. cap. *A nobis & ibi Abb. num. 4. & Covarr. num. 7.*  
 De *testam.* Et hanc sententiam in proposito non obicit  
 probavit Concilium Tridentinum in d. c. 4. *sess. 25.*  
 dum facultatem reducere onera Missarum tribuit Episcopo  
 non simpliciter & absolute, sed in Diocæsana Synodo:  
 nam si hæc reductio & moderatio de Jure Episcopis  
 licisset, utique Concilium, quod emanavit ad ampliandam  
 facultatem Episcoporum, non eam restringeret ad tem-  
 23 pus Synodi Diocæsanae. Arg. l. *legata inutiliter, ff. De adim. legat. l. Quod favore, C. De leg. Et c. Quod obgratiam de*  
 reg. Jur. lib. 6. Quod si proventus hereditatis non sufficiant  
 ad implenda omnia onera injuncta, videtur posse inferior à  
 Principe facere dictam moderacionem usque ad ea, quæ post-  
 sunt ex dictis redditibus adimpleri, l. *Legatam inutiliter, ff. De adim. legat. l. Quod favore, C. De leg. Et c. Quod obgratiam de*  
 reg. Jur. lib. 6. Quæ enim hoc casu hæres potest  
 24 plus gravari, quam fuerit honoratus. Arg. l. *Imperator,*

*§. Cùm quidam* & ibi Bart. ff. *De legat. 2. Ceterum sc-*  
 24 *clut descendunt et quod onera beneficii in eorum funda-*  
 tionem injuncta, que servari mandat Concilium Trident. *sess.*  
*25. cap. 5.* Et merito: nam fundatio de dotatio illa habet  
 se per modum quasi contractus ultra citroque obligatorii,  
 seu donationis sub modo, quam cum Episcopo admisit,  
 & provifus dum intraretur non revaleret, non potest  
 modo onus detrachere. *Urg. d. l. Imperator, §. Enim verb,*  
 imputetque sibi beneficiatus si passus est se ad tenuem ordi-  
 25 *inari Ecclesiæ, seu beneficiam, c. Conquerente & ibi DD.*  
*de Cleric. non resider. gloss. in c. Clericus Viclum in ver.*  
*Vigiliis 91. dist. Hinc, S. Congregatio Concilii censuit non*  
 esse concedendum indulgunt, quod petebatur, reductionis  
 onerum Missarum beneficio incumbentium, tum quia Con-  
 26 cilium juncta declaratione ipsius Congregationis non permisit  
 reductionem Missarum, quarum celebratio in fundatione  
 beneficii injuncta fuit, tum quia ex hoc Fideles scandaliza-  
 rentur & à fundationibus retraherentur qui talia cessant  
 cause Concilii, quod non reperiantur, qui tale onus subire  
 velint, cum beneficii acceptantes beneficia sponte onus  
 etiam susceperint.  
 Quod si à principio erant quidem sufficientes, sed postea  
 25 imminuti sint, adeo ut non sufficiant ad onera supportanda,  
 tunc in quantum hujusmodi redditus spectant ad heredem,  
 poterit forte ordinarius illa moderari, quia videtur hæres  
 institutus, ut ex redditibus ipsis curet hæc, & hæc ob-  
 26 servari; unde sufficit ut adimplenda curet, quæ postea  
 erogatione omnium proveniunt, nam tunc imminuti red-  
 ditibus, imminuunt dicitur & onus, ex gloss. *trita in l. Plantus*  
*in gloss. fin. ff. De condit. & demorf.*  
 At respectu ipsius beneficii duo casus videtur distin-  
 27 guendi. Primus est respectu elemofynarum, quia ipse be-  
 neficiatus tenetur aliis Sacerdotibus erogare pro Missis cele-  
 brandis; & hoc primo casu si redditus beneficii sint adeo  
 imminuti, ut non sufficiant ad hujusmodi onera adimplenda,  
 similiter videtur posse ordinarius illa moderari, quia  
 quotiescunque pia voluntas testatoris sive de Jure, sive de  
 facto adimpleri non potest, tunc per Episcopum unã cum  
 hærede vel executor potest in alium piun usum commu-  
 28 *ari: textus est clarus in c. Nos quidem de testam. ubi id*  
*notat Innocent. num. 1. id ver. per testatorem Holt. num.*  
*5. in ver. Et alibi placet. Joan. Andr. num. 7. in gloss.*  
*Et alibi placet, Burr. num. 4. & Abb. num. 6. Ad idem*  
*textum in d. l. Legatam, ff. De admiftr. rer. ad civit. pertin. Et in l. Legatam etiam, ubi Bart. num. 2. 3. &*  
*4. profecutur eandem theoreticam, ff. De usu fructu. leg.*  
 Ad quod facit optimè decretum Concilii Tridentini cap.  
 8. *sess. 25.* ubi statuitur, ut si hospitalia ad certum pe-  
 regnorum, aut infirmorum, aut aiarum personarum ge-  
 nus fuerint instituta, nec in loco ubi sunt dicta hospita-  
 lia similes persone, aut perspære repertant; fructus illorum  
 in alium piun usum, qui eorum institutioni proximi-  
 29 or fit; sic duo de Capitulo pro ipsum deligendis &  
 ita in specie nostra tenent Felin. in capite *Cùm accessissent*  
*num. 19. in fine supra eodem de Roch. de Curte post alio*  
*in tractatu de Jure Patronatus in verbo Pro eo quod,*  
*questione 12. ubi concludit posse Episcopum reducere onera*  
 Missarum beneficio incumbenti, si elemosinæ pro illarum  
 30 celebratione erogande sint adeo diminute; ut ad onera  
 supportanda non sufficiant. Quomobrem si in aliqua Ecclesia  
 essent celebrande plures Missæ quotidianæ, & Rector Ecclesiæ  
 sive ex Lege fundationis, sive ex testatoris præscripto;  
 teneretur ex redditibus beneficii elemosinas tribuere pro  
 illis celebrandis, si ejusmodi redditus postea diminuti essent:  
 forte Beneficiatus non teneretur nisi tot elemosinas erogare,  
 quot caperet fructus Beneficii juxta moderacionem Episcopi  
 & non ultra. Etenim cum non teneatur ex bonis patri-  
 monialibus has elemosinas tribuere, sed ex fructibus Beneficii  
 tantum: utique si fructus hujusmodi ad illas non sufficiant  
 & sic voluntas testatoris, nec de Jure nec de facto adimpleri  
 possit: intrat facultas Ordinarii attributa in d. c. *Nos quidem*  
 & ibi dixi in 4. *notab. & conferunt que de hærede dicta*  
 sunt supra, num. 23. & 25. Neque varò hæc facultas  
 competens Episcopo de Jure communi, videtur sublata à  
 28 Concilio in capite 4. *sessione 25.* quia cum emanaverit ad  
 ampliandam Episcoporum autoritatem in hujusmodi reductionibus:  
 non est verisimile ut voluerit illius diminutionem  
 inducere. Arg. d. l. *Legata inutiliter, ff. De adim. legat.*  
 cum aliis supra citatis, num. 22. in fine.  
 Decretum verò cap. 5. *ejusdem sess.* quod jubet ut oneribus  
 beneficio incumbentibus non derogetur, recipit declarationem  
 à Jure Communi, & à cap. 8. *verf. Quod si sess. 25.*  
 ut locum habeat, si onera hujusmodi de jure, vel de facto  
 adimpleri possint, aliis secus. Et hanc interpretationem  
 jampriùdem videtur admisisse Sac. Congregatio: nam consulta,  
 an facultas commutandi ultimas voluntates de Jure Communi  
 Episcopo competens censetur sublata per speciale remedium cap. 4. *sess. 25.* quæ cavetur, ut Episcopus  
 circa hæc in Diocæsana Synodo provideat: respondit non esse  
 sublata, si quæ Episcopi de Jure Communi competebat circa  
 ultimarum voluntatum commutationem.  
 Secundus casus est respectu Missarum, quas beneficiatus  
 per seipsum celebrare teneretur. Et hoc casu etiam si red-  
 ditus beneficii postea diminuti fuerint, non videtur Episcopo  
 ullam facultatem habere illas reducere, ex gloss. citata in  
 c. *Clericus viclum 91. dist.* quæ hæc reductionem nec Episcopo  
 videretur concedere. Et est ratio, quia cum hoc casu pia voluntas  
 testatoris, vel fundatoris tantum sit, quam de facto per  
 ipsum beneficiatum impleri possit; non est cur liceat Episcopo  
 illam commutare, sed hæc facultas est soli Papæ reservata,  
 ex dicta Clem. *Quia contingit de relig. domib.* ut abundè ostendunt  
 gloss. supra. Nec prædictis obstat hæc decretalis cum gloss. citata supra.  
 Diminuti, & c. *Cum accessissent* cum sit gloss. in *verf. Confirmata*  
 supra eod. Quoniam imminuti redditibus, tunc demum possunt  
 29 præbende ad pauciores numerum reduci autoritate Episcopi,  
 quando illarum numerus fuerit ab ipsis Ecclesiis, vel  
 Ecclesiæ ordinariis, seu gubernantibus institutus, &  
 determinatus, ut in l. *In Ecclesiis. Cod. De Episc. & Cleric. Et in Anth. Ut determinatus sit num.*  
*Cleric. in rubr. 2. Et rig. collat. Et in c. 1. de instrum.*  
 Secus si sit institutus à patronis in beneficiarum fundatione,  
 nec in plene ostensum est supra num. 9. & 25. Atque ita  
 argumentum ex his juriſub deumpum in oppositum retorquetur,  
 ut quemadmodum Episcopus facultatem non habet  
 reducere numerum præbendarum, ita nec numerum  
 Missarum eis annexum, quando ex lege fundationis est  
 præfixum, ut idem sit judicium de corpore beneficii, ac  
 de oneribus illi annexis. Arg. *Si quis obsecrit 1. quæst. 3. lib. cum*  
 principalis, ff. *De rig. jur. Et rig. Accessorium lib. 6.*  
 Ad secundum dubium cum clara sit dispositio Concilii  
 in d. cap. 4. *sess. 25.* tribuente Episcopo facultatem reducere  
 in Synodo Diocæsana numerum Missarum, que in aliquibus  
 Ecclesiis ex variis deservitorum relictis imposte sunt, si  
 numerus sit adeo magnus, aut elemosinæ pro illis celebra-  
 30 ndis sint adeo tenues, ut non facile inveniantur qui velit  
 huic se muneri possint: idem videtur respondendum de  
 anniverſariis; omnia enim sacra sunt gloss. 1. in c. *cum*  
*creatura de celebr. Missar.* nec est ratio quare anniverſaria  
 subtrahantur ab ipsa Concilii dispositione. Et propterea Sac.  
 Congregatio censuit d. c. 4. *sess. 25.* habere locum etiam in  
 reductione officiorum pro defunctis. Et in individuo cum  
 Capitulo Cathedrali Neapolitane pro tenui elemosina  
 incumbente onus celebrandi tot anniverſaria, ut ad remedium  
 Concilii in d. c. 4. recurrerendum foret, & hæretur de  
 facultate Archiepiscopi, eò quòd in d. c. 4. ferret mentio  
 de Missis tantum; & non de Anniverſariis: Sac. Congregatio  
 ad ipsius Capituli consultacionem respiciens Archiepiscopo  
 in hæc verba: *Cùm ex libello hoc Capituli ipsius Cathedralis nomine oblati cognitum esset*  
*ab illustrissimis Cardinalibus, qui Sacra Tridentini Concilii*  
*decreta interpretantur, dubitari ab eodem Concilio decreta*  
*sess. 25. c. 4. intelligatur etiam de Anniverſariis; ii*  
*Amplitudinis tue significandam conjurunt, decretum prædictum*  
*in sacrorum etiam Anniverſariorum reductione locum habere,*  
 ut in margine ipsius libelli adscriptum

*est. Quomobrem Amplitudo tua præfati Canonis autoritate*  
*in casu proposito uti non dubitasti, &c. 26. Novem. 1583.*  
 Thibaudus Boncompagnus Card. S. Sicut.  
 Recepti tamen hæc facultas moderandi Missas, & Anniverſaria  
 duplicem limitationem. Altera est, ut procedat tantummodo  
 in oneribus impostis ante Concilium. Altera ut locum non  
 habeat in obligationibus Missarum, que imposte sunt Capellis  
 creditis in titulum, ut ex ipsius Sac. Congregationis  
 sententia dixi in c. *signif. n. 15. de prob.*  
 Verum quoad moderacionem elemofynarum pauperibus erogandarum  
 verius videtur à Concilio nullam facultatem Episcopis  
 attributam fuisse; nam quamvis dispensacio prout respicit  
 personam, cui dispensandi facultas conceditur, sit tanquam  
 favorabilis amplianda, ut notat Anron. de Burr. in c. *Nisi eum*  
*pridem, §. Persona verò num. 26. de renunc. & Felin. in c. Postulasti*  
 in 4. *limit. de rescript.* tamen hoc fallit quando agitur de præjudicio  
 31 tertii, ut ibi per Felin. *verf. Secundus casus, sicut contingit hoc casu.* Item dicto  
 conclusio non ita admittitur, ut facultas concessa in uno  
 genere extendatur ad aliud genus, ut per Navarr. in *Manuali*  
 cap. 12. num. 79. ut similiter hoc casu accederet, si Episcopus  
 facultatem sibi concessam quoad moderacionem Missarum  
 vellet extendere ad moderacionem elemofynarum. Accedit  
 ad prædicta communis consensio Canoniarum, afferentium  
 poterant dispensandi in simplicibus concessam non extendi  
 ad mixta, Felin. in c. *Si si Clerici, §. De adulteris,*  
 notab. 8. & 2. de *judic. Et ita Sac. Congregatio censuit ordinariis*  
 ex cap. 4. *sess. 25.* non posse diminueri onus à testatore  
 impostum hæredibus, ut certis diebus elemofynas erogent.  
 Ad tertium dubium cum Episcopo, ut prædicti, facultatem  
 non habeat ex Concilio nisi quoad Missas, & Anniverſaria  
 dicendum videtur debere eum moderari Anniverſaria  
 potius, quam Missas quotidianas, plus enim suffragii  
 capiet anima defuncti, si pro elemosina decem Juliorum  
 celebrantur pro ipsa decem Missæ per decem Sacerdotes,  
 quam si pro eadem fiat unum Anniverſarium cum interventu  
 viginti, aut plurium Sacerdotum, quia suffragium, quod  
 provenit ex virtute sacrificii & operis operantis, cum  
 multum preponderat ei quod provenit ex virtute meriti &  
 operis operantis, c. *Virum de conf. dist. 2. & est unanimes*  
 Theolog. & Canoniarum sententia, ut scripti latissime post  
 alios in c. *Fraternitatem de sepultis, & inde provenit ut*  
 præferenda sit hæc solutio, seu satisfactio condicio, que ex  
 virtute sacrificii proficitur, cum debitori in Purgatorio  
 existenti sit magis utilis. Arg. l. 1. *Et 3. ff. De solut.*  
 Suffragia enim profunt per modum solutonis debiti, ut per  
 D. Th. in 4. *dist. 45. q. 2. art. 4. q. 2. ad 1.* Quòd si Episc.  
 haberet facultatem moderandi etiam elemofynas pauperibus  
 erogandas, similiter consilium foret ab ea moderacionem  
 exordiri, quia ex dicta erogatione defuncti animæ  
 minus habebit suffragii, quam si ex eadem elemosina Missæ,  
 vel Anniverſaria celebrantur, c. *Non assinuimus;*  
 c. *Anima defunctorum Et c. Tenor 13. q. 2. & hoc eadem*  
 ratione, de qua in d. l. 1. *Et l. 3. ff. de solut.* Et hunc  
 ordinem in reductionibus servandum alios probavit S. Congreg.  
 Concilii. Censuit enim si Rector beneficii ex fundatione  
 incumbat onus celebrandi, & faciendi elemofynas & ob  
 redditum tenuitatem facienda sit reductio ab habente  
 potestatem, potius reducendas esse elemofynas, quam  
 Missas, vel Anniverſaria.

**DE CONSTITUTIONIBUS.**  
*Gregorius IX. Archipresbitero S. Maria Majoris de Urbe.*

**CAPUT XIII.**

**Q**uoniam constitutio Apostolicæ Sedis omnes adstringit, & nihil debet obsecum  
 vel ambiguum continere: Declaramus constitutionem, quam nuper super  
 præterendis in percipiione portionis majoribus, & consuetis servitis à minoribus  
 exhibendis, edidimus; non ad præterita, sed ad futura tantum extendi. Cùm leges  
 & constitutiones futuris certum sit dare formam negotiis, non ad præterita  
 facta trahi: nisi nominatim in eis de præteritis caveatur.